

8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
DE VARIIS ET  
EXTRAORDINARIIS CO-  
GNITIONIBVS, ET SI IVDEX LI-  
TEM SVAM FECISSE DICATVR.

AD QVAS  
GRATIA COOPERANTE DIVINA,  
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMIS-  
que viris D. Iohanne Michaelis Cronenburgero, & D.  
Iohanne Hollandt, SS. LL. Licentiatis Dictatore & Fi-  
sco, in celeberrimo Agrippinensium Iuridicæ faculta-  
tis Collegio, pro laudabili & inueterata consue-  
tudine publicè respondebit.

PETRVS HOMPHAEVS  
ERNSTANVS.


*Anno Virginei partus CIJ. IJ. XCIII.  
II. Septemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE      Ecc  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



## CONTINUATIO.

 *Ordinariorum cognitionum generibus iam probe discussis, convenientissima methodi ratio postulare videtur; ut tandem ad extraordinarium quoque accedamus, (a) ex bono & equo, ad imploratum iudicis officium veniens, (b) utpote certis iuris regulis nullatenus definitum, (c) (cum legibus omnia comprehendere non possint) (d) & quando iudex litem suam fecisse dicatur. (e)*

(a) glos. in rub. ff. de extraord. crim. (b) l. hodie ff. de poenis. (c) Menoch. de arbit. iud. in proem. num. 4. & 5. & quem allegat. Duaren l. in actionib. in verb. licuit, ff. de in litem iur. (d) l. non possunt 12. ff. de ll. Arist. lib. 1. Politico cap. 6. Menoch. d. lo. n. 2. & 4. (e) VVesemb. in parat. num. 1. ff. h. t. l. filius familias ff. de iud. l. si iudex vlt. h. t. l. si quis in conscribendo, C. de pactis. Bald. in l. fin. C. si certum petat.

## THESIS I.

**L**icet veterum impetrationis formularum actionis intuitu, hodie omnia iudicia dicantur esse extraordinaria, (a) sunt tamen alia quedam ab his, in quibus ordinem absque forma iudicij, ex nobili officio, summam interdum iudicatur, (b) ratione certa causa vel persone. (c)

(a) tex. in §. de ordine, ff. Inst. de interdic. & ibi Myns. n. 4. & alij communiter, quia iudicia extraordinaria putantur, ubi conceptio formularum non observatur, l. actio. de negot. gest. quae formularum conceptio hodie sublata est, l. 1. & 2. C. de formu. & impetrat. act. sub. (b) VVesemb. in parat. num. 1. ff. h. t. per l. 1. C. ut in possess. leg. (c) d. l. quoniam 1. C. ut in possess. legat. VVesemb. in parat. num. 1 & 2. d. tit. l. Praeses 1. h. t. l. de iniuria ff. de iniurijs.

## II.

Harum autem cognitionum numerus cum ex varijs causis descendat, (a) nec facile in genera diduci possit, nisi summam dividatur; Callistratum secutus, quatuor fere classibus comprehensa prosequar, aut enim de honoribus siue muneribus gerendis agitur; aut de re pecuniaria disceptatur, aut de existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine queritur. (b)

(a) Menoch. de arbitrar. iudi. in proem. num. 4. & 5. l. cognitionum, ff. h. t. & glos. ibid. in verbo non potest, quia omnis definitio in iure periculosa, l. omnis definitio. de reg. iur. (b) tex. formalis in d. l. cognitionum.

## III.

Et prioris quidem classis sunt, distributiones honorum & munerum, quas Praeses (cesante in municipijs lege vel consuetudine) (a) providebit, (b) eo tamen adhibito delectu, ut praeter aequalitatem in distribuendo, (c) dignitatis etiam (d) aetatis (e) & fortuna (f) ratio illi consideranda veniat.

(a) VVesemb.

(a) VVesemb. in Parat. de decur. & eo. fil. num. 1. (b) d. l. cognitionum h. t. l. & qui originem §. praeses ff. de mune. & ho. VVesemb. d. lo. num. 2. (c) text. in d. l. & qui originem §. praeses & l. ut gradatim ff. de mune. & ho. (d) l. spurij in prin. & fin. l. honores in princ. & §. is qui non. ff. de decurionib. cum seqq. (e) l. non tantum ff. d. tit. VVes. in parat. d. lo. n. 3. (f) l. eos qui 12. ff. l. ad subeunda, C. de decurio. l. ciuili. C. de munerib. patri.

#### IIII.

*Taliter autem ad munia vocati omnimodo eadem subire coguntur, (a) dummodo ibi nati quamuis alibi domicilium habeant, (b) detrectantes damnū Reipub. praestabūt. (c)*

(a) l. filios 3. & l. si quis 5. C. de municip. & origina. l. Lucius Titius ff. ad municipa. l. si quis magistratus, ff. de mun. & hono. (b) VVesemb. in parat. de municip. num. 6. l. libertus 17. §. praescriptio & ibi glos. in verbo potior, l. filij libertorum, §. municipes l. municipem, 1. & l. assumptio. §. filius & l. incola 29. d. t. l. & qui originem in princ. ff. de munerib. & hon. idem argumento. l. cum quaedam ff. de iurisdic. omn. iud. (c) d. l. Lucius 21. ad municip. VVesemb. d. lo. d. l. si quis magistratus de mun. & hono.

#### V.

*Quod in tantum procedit ut non tam in municipijs nati, ibi munera subire cogatur, (a) quam etiam eorum filij, (b) nisi causas à muneribus releuantes attulerint. (c)*

(a) ut est tex. expressus in d. l. si quis magistratus de munerib. & hon. per thesin praecedentem, & l. eū te 1. C. de municip. & origina. (b) l. Lucius Titius ad municip. VVesemb. in parat. ibidem nu. 6. l. filios C. de decurio. & fil. cor. item d. l. filios 3. de municip. & orig. (c) l. libertus §. praescriptio & l. Diuus 18. ad municipa. l. sicut honores, & l. ab honorib. C. de hono. non continu. inter pa. & fi. l. qui ad tempus §. maiores ff. de decurio. §. item maior Inst. de excusat. turo. tot. tit. C. qui aetate vel profess. se excus.

#### VI.

*Verum an & spurij in decernendis honoribus sint admittendi quaritur? & in defectum meliorum ex Vlpiano admittendos concludo.*

tex. in l. generaliter §. spurios ff. de decurionib. VVesemb. in parat. eod. num. 2. non enim impedienda est dignitas illius qui nihil admisit, l. spurij d. tit. quia indigni nō sunt qui alieno vitio laborant l. legē 7. C. de naturalib. lib. glos. in c. in nostra ext. de procurat. in verbo inutilem, l. qui ad tempus in fi. de decurio.

#### VII.

*In secunda classe, solet non raro de re pecuniaria, nobile iudicis officium, à varijs personis implorari, utpote de salario professoribus studiorum liberalium (qua ελευτηρια μαθηματα vocantur) (a) medicis (b) ludi literarij magistris & nutricibus (c) decernendo, quod quidem à Praefide vel Pratore extra ordinem assignatur.*

(a) VVesemb. in parat. h. t. nu. 2. per l. Praeses t. in princip. ff. eod. (b) d. l. 1. §. medicos, l. medicorum prima & l. ambitiosa in fine de decret. ab ordin. fac. l. de decurionib. ff. de decurionib. l. in honoribus §. philosophis ff. de vacati. mun. l. professio C. de munerib. patri. l. medicos, C. de professorib. & medic. in fi. l. Aquilius ff. de donationib. l. salarium 7. ff. mandati l. aduersus eum 1. C. d. tit. (c) d. l. Praeses §. ludi quoque & §. sed nutricia consue h. t.

Porro

### VIII.

Porro an & Philosophi professorum numero contineantur l. C. quarit, (a) ita ut ius illis quoque extra ordinem dici debeat quod negat, idem de iuris professoribus statuens (b) quamuis donari illis hoc nomine quid posse extra controuersiam sit. (c)

(a) d. l. Praeses §. an & Philosophi h. t. & ibi gloss. & VVesemb. in parat. num. 2. h. t. per d. l. in honoribus §. philosophis d. l. professio. C. de munerib. patri. (b) cum ciuilibus sapientia minimè pecunia veniat aestimanda, d. l. Praeses §. proinde. (c) l. Aquilius ff. de donatio. l. necessarium, §. ergo Sabino ff. de orig. iur. l. Campanus ff. de oper. liberto. quaedam enim honestè accipiuntur quæ honestè non petuntur saepe allegata, l. Praeses §. quaedam, l. obseruandum ff. de iudic.

### IX.

Vtrum autem per hoc Aduocatis praedictum inferatur, quo minus extraordinario iudicio deseruita salaria consequantur, nulla causa est.

tex. in d. l. Praeses §. in honorarijs. VVesemb. in parat. d. lo. l. diem functo ff. de officio affil. l. post duos C. de aduocat. diuers. iudici l. vlt. C. de princip. agent. in reb. lib. 12.

### X.

Quod in tantum procedit, ut licet magistratum gerentes, vel etiam aduocati, suo facto absque tamen culpa eueniente, impediuntur in officijs, (a) salaria nihilo minus consequantur, vel etiam morte praeventi, ad haeredes transmittant. (b)

(a) Costa, in l. ex conducto ff. locati & idem in d. l. diem functo ff. de off. affil. per illum textum, & tex. in l. Praeses iam allegata, §. Diuus h. t. gloss. notabilis ibidem in verbo repeti Bart. ibidem num. 1. tex. express. in l. qui operas ff. locati gloss. singula. in l. si vno §. item cum quidam in verbo personis. alias est, l. ex conducto §. antepenult. ff. d. tit. tex. in l. penult. C. de conditio. ob causam (b) tex. in d. §. Diuus l. matriculam, C. de agent. in reb. lib. 12. & l. si quis in sacris C. de proxim. sacror. scrinio. lib. 12. l. sed addes 19. §. si ff. locati. Gail lib. 1. obser. 44. num. 12. d. l. post duos C. de aduocat. diuers. iudici l. commodari C. de primipilo. lib. 12. d. l. diem functo vbi Albert. num. 7. & Costalius dicit hanc esse communem fere omnium sententiam allegans pro ea gloss. Bart. Bald. Ludo. Roma. Alexand. & Iason. in d. l. diem functo.

### XI.

Quorum occasione querunt Dd. aduocationis & procuratorij munere (prout alicubi minus est) (a) in eadem persona concurrente, an vtriusque nomine salaria exigere possint, & exacta debite repeti, aientium opinioni subscribo. (b)

(a) ut notat Gail lib. 1. obs. 43. num. 7. & 8. cum de hodierna consuetudine infamis procurator esse non possit sicut nec de iure Canonum tex. in ca. 2. & 3. q. 7. & ibi gloss. in verbo nec procurator Iason in §. fin. Inst. de except. licet secus sit iure ciuili per tex. in d. §. final. Instit. de excep. gloss. in l. 1. §. ait praetor 2. in verbo certis ff. de postulando. (b) Gail d. lib. 12. Plat. ibid. num. 1. puta permissione legis, statuti, vel superioris, idem pulchre l. 3. num. 2. cum seq. C. de dignitatib. eodem lib. gloss. in Authen. ut iudici sine quoquo. suffrag. §. illud tamen in verbo officijs.

### XII.

Ex quo postmodum illa resultat quaestio, an quis plures dignitates, honores, vel officia retineat

retinere possit? quod in iurisdictione contentiosa nego, in voluntaria tam in, quam extra iudicium concedo, (a) nisi administratio annexa, (b) refragetur (c) impedimento iuris vel facti. (d)

(a) vt per Felin. in c. ex literis ext. de probatio. num. 10. quia aduocatus & assessor quis esse non potest, l. quisquis C. de postulando nec iudex & testis c. forus de verbo. sig. Bart. in l. si consul. ff. de adopt. vbi late. (b) Gail obser. 44 num. 10 lib. 1. per tex. not in c. pen. §. porro de elect. in 6. & c. 1. de offic. delegat. gloss. in d. ca. ex literis in verbo vices de probat. tex. in d. l. si consul. ff. de adopt. gloss. & Bart. ibid num. 1. tex. in l. 1. ff. de offic. præsi. Platea in l. 3. cum l. seq. C. de dignit. lib. 12. idem in l. eis quidem C. qui militar. poss. vel non lib. 12 num. 1. (c) tex. d. l. eis quidem Bald. tit. 1. C. de nouo Cod. faciend. §. ideoque nu. 2. text. notab. in l. hac parte C. de prox. sacror. serino. lib. 12. gloss. ibi in verbo duplici tex. in l. penult. ff. de offic. assesso. tex. notab. in l. fin. §. nec sit concessum C. de assessorib. Platea in d. l. eis quidem & tex. in l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad SC. Trebellia. c. cū singula de præbend. in 6. & in c. quia nonnulli. de cleric. non resident. (d) per Felin. d. lo. conclus. 2. & per gloss. in d. ca. ex literis de probat. & in d. l. si consul de adopt.

### XIII.

Hinc an per iudicem ad patrocinium aduocatus compelli possit, cōtrouertitur? tum etiā an iniustam causam aduocatus defendere teneatur, in hac aientium (a) in illa negantium opinio præualuisse videtur. (b)

(a) tex. notab. in l. 1. §. ait prætor iuncta glo. in verbo non habebunt ff. de postulando & in l. prouidentem §. 1. C. eod. tit. tex. in c. 1. de offic. iudic. vbi glo. in verbo implorando. Felin. ibid nu. 2. Idē Felin. in c. si pro debilitate num. 9. de offic. delegat. tex. valde singularis in l. nequicquam §. aduocatos & §. fin. ff. de offic. proconf. & legat. Gail d. obser. 43. lib. 1. num. 1. Iason in l. 3. C. de procurator. (b) Menoch. cas. 494. num. 13. 14. & seqq. gloss. in c. breui de iureiur. quando notorie constat Ecclesiam fouere iniustam causam Dd. in c. ult. de postula. Roman. consil. 47. num. 2. quia aduocatus suo iuramento obligatur ad defendendum causam iustam tantum l. rem non nouam §. patroni C. de iudici. vel quando est dubium illi an Ecclesia foueat iustam causam. Menoch. d. lo. nu. 17. & 18.

### XIV.

Restat classis quæ de existimatione alicuius cognoscit, (a) est autem existimatio dignitatis illæ & status legibus ac moribus comprobatus. (b)

(a) prout ex thes. 2. per l. cognitionum §. h. t. (b) d. l. cognitionum §. existimatio l. si quis repetere §. si stellionatus. ad SC. Turpilia. l. de iniuria ff. de iniurijs tex. expressus in l. capitalium poenarum §. ceteræ poenæ ff. de poenis. tot. fere tit. Instit. de cap. diminut.

### XV.

Qui quidem ex delicto nostro legum auctoritate aut minuitur aut consumitur, minuitur, quoties manente libertate, circa statum poena plectimur, (a) consumitur quoties magna capitis diminutio interuenit, id est libertas amittitur. (b)

(a) d. l. cognitionum §. 1. & 2. d. l. capitalium §. non omnes cum seque. de poenis l. iectus ff. de his qui notant. infam. l. ad tempus C. ex quib. caus. infam. irroga. l. quidam paulo post prim. ff. de poenis l. relegatorum ff. de interdic. & releg. in fin. (b) tex. in d. l. cognitionum §. 2. &



§. 2. & 3. l. 4. §. ult. de grad. affi. §. minor Instit. de cap. diminut. l. peculatus ff. ad l. Iul. pecu-  
lat. in authen. de nupt. §. deportatio l. 2. §. constat. ff. de pœnis.

### XVI.

*Ultima denique classis est quæ de crimine capitali cognoscit, sollicitatores aliarum nu-  
ptiarum, (a) sepulchrorum violatores, (b) abigeos, (c) balnearios fures, (d) effractores  
carcerum, (e) hereditatum expilatores, (f) stellionatum committentes, (g) sacculari-  
os, (h) terminorum auulsores, (i) Gabellarum fraudatores, (k) & similia delicta puni-  
ens.*

(a) l. 1. ff. de extraordina. crim. (b) tot. tit. ff. de sepulchro. violat. (c) l. 1. & 2. ff. eod. tit. &  
l. abacti animalis, C. eod. (d) l. fures nocturni ff. eod. tit. §. idem in balnearijs & l. sed si in  
terdiu. sequent. (e) tot. tit. de effracto. & expilato. (f) tex. formalis in l. 1. expilat heredit.  
cum ll. seq. (g) tot. tit. ff. stellionatus & l. stellionatus ff. de extraord. crim. & l. stellionatus.  
C. eod. tit. (h) l. saccularij ff. de extraord. crim. cum text. in l. de his 1. §. simili modo. de effr-  
fracto. & expilat. (i) l. 1. ff. eod. tit. cum seq. (k) l. locatio §. quod illicitè ff. de publican. &  
vectigal.

### XVII.

*Hic quoque controuersum inuenio, utrum termini motor hic solum dicendus sit, qui  
amouet lapidem ut suffuretur, (a) an is qui causa dilatandi fines lapidem mouit, (b)  
in quo pro posteriori concludo.*

(a) prout vult Abbas in cap. ex litteris ext. de probat. per l. ult. ff. de termino moto.  
(b) Menoch. lib. 2. cas. 393. nu. 5. 6. 11. 15. & 16. l. 2. ff. de termino moto. Bald. in l. 1. & Salicet.  
col. 2. C. de accusat. quia propositum & voluntas maleficia distinguunt. l. qui iniuriæ ff. de  
furtis.

### XVIII.

*Quando demum iudex litem suam facere dicatur dispiciendum est; quod tum fieri di-  
cimus cum contra ius vel equitatem fuerit pronunciatum, (a) quo casu pœnam sustinebit  
in quantum equum religioni iudicantis videbitur. (b)*

(a) l. si iudex ff. h. t. cum glo. ibid. in verbo de ea re. cum tex. in l. si quis in conscribendo  
in fine C. de pactis §. 1. Instit. de oblig. quæ quas. ex. de. naf. Menoch. cas. 339. n. 3. 5. & seqq.  
de arbit. Bart. in q. 9. Iudex per imperitiam nu. 1. Bal. in l. fin. C. si cert. petat. (b) tex. forma-  
lis l. ult. ff. h. t. & d. §. 1. Inst. de oblig. quæ qua. ex. de. & ibi Mynsing. V. v. cf. & alij.

### XIX.

*Quod non tam in ordinario, quàm etiam delegato, (a) notario, (b) arbitro, (c) & qua-  
dantenus arbitratore, (d) cum similibus procedere concludimus.*

(a) Schneid. Inst. de ob. quæ quas. ex. de. nu. 7. glo. & Dd. l. fin. ff. h. t. (b) text. in l. cum sit  
adiecta C. de magistrat. conue. Schneid. d. lo. nu. 10. & ibid. Dd. com. quia notarius tenetur  
scire iura quæ ad eius officium spectant. gloss. in l. generaliter verbo seruitutem C. de ta-  
bellarijs lib. 10. (c) tex. in d. l. si quis in conscribendo gloss. in l. fin. ff. h. t. sunt enim arbi-  
tria redacta ad instar iudiciorum. Schneid. d. lo. nu. 8. (d) quia lata culpa est ignorare iura  
lata culpa ff. ver. sig. & ibi Dd. Bart. in d. l. fin. h. t. si immodica læsio est. Schneid. d. lo. nu.  
9. ex. Bald. in d. l. penul. argum. §. recepisse l. si de meis ff. de arbit. Bart. in l. fin. ff. si mens.  
falsc. mod. dixer.

*Eousque*

## XX.

Quousque autem arbitrio relinquitur iudicantis, quo ad cōfiterit imperitia iudicis perperam esse iudicatum, (a) si vero dolose iniustam tulisse sententiam conuictus fuerit tenetur parti ad totum interesse. (b)

(a) tex l. fin. ff. h. t. d. §. 1. Inst. l. ex maleficijs §. ex maleficijs ff. de actio. & ob. imperitia enim culpæ annumeratur, l. imperitia ff. de reg. iur. Schneid. d. §. 1. nu. 17. (b) l. si filiusfamilias ff. de iudi. & tot. tit. C. de pœna iudicis qui male iud. l. 3. ad l. Iul. repetund.

## XXI.

Quando vero per imprudentiam à iudice malè iudicatum est, quousque se extēdat arbitrium iudicantis quæstio est, & non nisi in quantū facere potest condemnandū arbitrator.

Mench. h. cas. 339 nu. 5 gloss. in l. ult. ff. h. t. Bald. in c. 1. §. iudices num. 1. de pace iuram. firm. in vsibus feudo. & ibi Afflictus ex tex l. si iudex ff. de iud.

## XXII.

Filium autem familias iudicem, qui per imperitiam perperam iudicauit, non nisi peculiotenus conueniri placuit, (a) ita ut ultra vires peculij non teneatur. (b)

(a) tex. expref. in l. filiusfamilias de iud. Costal. in l. licet tamen §. idem scribit ff. de pecul. per tex ibi & l. tam ex contractib. ff. de iudi. l. 4. de conditio. furt. l. etsi condemnatus de noxal. act. l. 3. §. ex furtiua ff. de pecul. Schneid. d. lo. nu. 5. (b) tex. i. d. l. filiusfamilias quia hoc æquum iudici videri non debet ut in plus puniatur quā in peculio habeat Schneid. d. lo.

## XXIII.

Sed quid de eo qui à parte aduersa vel promissionibus vel largitionibus corruptus est, & promissi in duplum dati in triplum (a) damnandum, & dignitate seu cingulo amisso (b) infamia notari constat. (c)

(a) tex. ex. in Auth. nouo. iur. C. de pœna iud. qui. ma. (b) l. 3. 4. & seq. ad l. Iul. repetund. Auth. nouo. iur. Schneid. nu. 17. (c) l. final. d. tit. de pœna iud. qui. ma. eadem lege ff. ad l. Iul. repetund.

## XXIV.

Cum autem conatus aliquādo sine effectu puniatur, (a) an idem de eo qui iudicem corrumpere conatus dicendum sit? quod magis puto. (b)

(a) l. is qui cum telo, C. de sicar. l. si quis non dicam repare. C. de Episc. & cler. ca. nuper cum glo. ext. de biga. & l. si quis C. de furtis & ser. cor. l. present. C. de his qui ad Ecclesiā confugiunt (b) tex. l. Imperatores Seuer. ff. de iure fisci. d. l. generaliter ff. de calumniat. Felin. in respons. an conatus puniatur nu. 1. & quem allegat. Bal. in Auth. nouo. iur. C. de pœna iud. qui. ma.

## XXV.

Ex quo concludunt etiam eum iudicem dici corruptum qui pecunia accepta iustam tulit sententiam. (a)

(a) Menoch. cas. 342. lib. 3. nu. 19. ratio quia iustitia æstimationem non recipit, l. Præses l. 5. est quidem res. h. t.

## XXVI.

An autem iudex ex actis secundum allegata & probata iudicare debeat contra propriam conscientiam, dubitatum communiter, in quo cōmuni adharendo, affirmatiuā tuebor. (a)

(a) Menoch. cas. 339. nu. 30. & quæst. 24. lib. 1. num. 3. de arbit. & Dd. communiter in l. illicitas §. veritas de off. præf. c. pastoralis de offic. deleg. glo. & script. in ca. 1. de offic. ordi. aa. Ioan. Corasius lib. 4. miscella. cap. 20.

X

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
 DE VARIIS ET  
 EXTRAORDINARIIS CO-  
 GNITIONIBVS, ET SI IVDEX LI-  
 TEM SVAM FECISSE DICATVR.

AD QVAS  
 GRATIA COOPERANTE DIVINA,  
 PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISSIMIS-  
 que viris D. Iohanne Michaelis Cronenburgero, & D.  
 Iohanne Hollandt, SS. LL. Licentiatis Dictatore & Fi-  
 sco, in celeberrimo Agrippinensium Iuridicæ faculta-  
 tis Collegio, pro laudabili & inueterata consue-  
 tudine publicè respondebit.

PETRVS HOMPHAEVS  
 ERNSTANVS.

Anno Virginei partus CIJ. IJ. XCIII.  
 II. Septemb.



COLONIAE AGRIPPINAE      Ecc  
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

